Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31239
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



49

esse sapientia: cuius est scire proprium. Ita cum philos expugnauerit ac docuerit nihil eos scire: ipse quoq; nomen philosophi dedit: quia doctrina eius est nihil scire. Nam qui alios reprehendit quod nesciat: ipse debet scire esse: cum aut nihil sciat: quae peruersitas: quae insolentia est: ob id ipsum se prin constituere: propter quod ceteros tollit: Possunt h. sic respondere: Simus nihil nos scire iurmas: & ideo non esse sapientes: quia nihil sciamus: ergo neque tu quidem es sapiens: Quia te quoq; confiteris nihil scire: Quid ergo promouit Archesilas: nisi qd confecit omnibus philosophis quoq; eodem mucrone transfixit:

Nunc ne igitur sapientia est: immo vero mé ipsos fiunt: sed nemo quidem: Alij putauerunt posse sapientes omnia: Sapientes utriq; non fuerunt: Alij nihil: nec hi quidem sapientes fuerunt: Illi: quia plus hominis dederunt: hi: quia minus: Vtrisq; in utroq; partem modus defuit: ubi ergo sapientia est: ut neq; te omnia scire putes: quod est dei: neq; omnia nescire: quod est pecudis: Est h. aliquid medium: quod sit hominis: id est scientia cum ignorantione constricta & temperata: Scis tu nobis ab animo esse: qui oriatur e celo: Ignoratio a corpore: quod est terra: Vnde nobis & cum deo eccum animabus est alia cognatio: Ita quoniam ex duobus constamus elementis: quoz alterum luce predium est: alterum tenebris: pars nobis data est scientie: pars ignorantie: per hunc qui pontem transire sine caedendi periculo licet: Nam stulti omnes qui in alteram partem inclinauerunt: aut dextro aut sinistro uersus ceciderunt: Vtriq; aut per quod errauerint: dicam: Academici contra physicos ex rebus obscuris argumenta largimentan sunt nullam esse scientiam: & exemplis priuatarum rerum ceo physicorum sibilium contenti amplexi sunt ignorantiam: qua scientiam totam subuertisse: quia in parte subtulerunt: Physici contra ex his: q aperta sunt: argumentum trahebant sciri posse: contentiq; pspicua retinebant scientiam tamq totam defendisse: Quia ex parte defenderant: Ita neq hi: clara: neq illi obscura iuderunt: sed utriq; dum solam scientiam conserunt manibus vel retinet vel oppugnat: non uiderunt in medio constitutam fore: qua illos ad sapientiam transmitteret: Verum archesilas ignorantie magr. cum genom obtineret & principi sectorum: ut tota philosophia euerteret: & Auctore Socrate suscepit hanc suam: ut affirmaret nihil sciri posse: Itaq; coarguit ex ipsa affirmatione philos: qui putassent magnum sui seruitam esse atq; inuentam veritatem: uide licet: quia mortalis fuerat illa sapientia: paucisq; ab tribus instituta ad summum iam incrementum peruenerat: ut iam nec eo conseneseere: & penitus exiret repente Academia tamq senectus philosophie: quam conficeret: ab defo